Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in IV libros institutionum imperalium Iustiniani - Cod. Ettenheim-Münster 278

Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>

[S.l.], 1629

[Vorwort]

urn:nbn:de:bsz:31-129949

Visual Library

1

COMENTARIUS IN
Quatuor Libros Institutionum
Imperialium Justiniani
Imperatoris
DE
Interpretatione horum Librorum

Institutionibus operam daturus prius nosse oportet
unde nomen Institutionum descendat. Sunt autem ab instituendo,
id est, erudiendo et docendo sic dictae. Sunt enim prae
ceptiones quibus instituuntur atque docentur homines. Valla
lib. 4. Elegant. cap. ... et in his institutionibus simplicissime
traduntur ea plerumque, quae ad generalem totius Juris civilis
cognitionem pertinent, quibus tanquam Elementis ac rudimentis
primo graviora ac perfectiora legum scita Juvenes imbuti — Alibi.
sustentare. autore Imp. in l. 2. sed cum prospeximus. — Institutione
C. de vet. Jure. Enucleand. Porro vocantur Institu- — primo ll. cuna
tiones alibi primo legum cunabula, §. cumque hoc — bula sunt.
infra in prooemio; Alibi totius legitimae scientiae — Alibi.
prima elementa, § igitur de prooemio, Alibi Isagoga — primo Elementa
in quit: dedit nobis §. Te de confirmat. ff. ad mag- — scientiae legi
num senatum, Alibi prima legum audientia l. unica — Alibi.
C. de Jure Jurando propter calumniam dando, Alibi alibi ll. — Isagoga.
Justinianea §. ult. de prooemio. Nominantur et — Alibi.
hae instit. a Theophilo instituto, et quamvis Valla d. — primo ll. audientia
loco. — Et

quem sequitur Tit. Inst. § cum quis hactenus. De proemio, destinguo inter institutio bonos mores, consilio et ratione, sumptos vocans, institutiones vel praeceptiones instituendis hominibus, et docendis dictitans, unde est apud Val. Max. tit. de instit. antiquis post moribus antiquis eo tamen solus revellitur, quod non solum Theophilus Harmenopolus et reliqui graeci interpretes, verum etiam Justinianus ipse in Epistolis graecis. f. prosixos teselius, item et Probus antiqui sumi grammatici aliique latinitatis gravius studiosi verum altero posuerit, ut docet Borcholt, Theod. Pis. in principio hic n. 2. quo ad autorem horum lib. is est Just. Imp. Princeps magnus ac Christianus qui Justini Imperatoris ad optimus filius et sorore nepos, et consors Imperii fuit; is n. Triboniani, Theophili Dorothei, opera et solertia hos in composuit. § Igitur. de Proemio.

In Proemium.

Cum meliori inchoari principio nihil possit quam invocato divini nominis auxilio, Deus quippe in cuiusmanu ac posse sunt omnes faciles progressus et exitus optatos iis tribuit, actibus quos ab ipso auspicantur orsos. Novella 8. in principio. Hinc eleganter pieque canit Gravius lib. 2. Thesaur. post. in principio.

Auspice qui Christo rerum primordia sumit,
Illius optato tramite coepta cadunt.

Exercitio et huius praenii sui Exordium Justinianus Imperator ab invocatione divini nominis ducit. Caeterum principium huius primordii sive proemii a rebus reip. maxime necessariis bello scilicet, et pace armis et legibus desumptum est, armis n. rebelles et effrenati populi in potestatem rediguntur legibus

vero sub eadem conservantur l. unica ~~Cod.~~
ff. de Just. C. confirmando, et eam ob caam Justin.
hoc loco propositionis exponit, quod ad boni Imp.
officium pertineat ut armis decoratus et ll. ornatus sit, ne a. unius quisquam qui nec ipse
praestitisset futuris Imperatoribus, suisque successoribus praescripsisse videretur ideo in §
quoru. usque ad finem subjicit quod ipse se belli
pacisque temporibus praeclare gesserit quodque
Rempublicam domi militiaeque feliciter administraverit, ut quod quasi sub compendio
illorum inscriptione titulorum sibi ab
devictis populis atque victorijs imposuit. et quomodo studio et opa Triboniani Theophili
et Dorothei confusissimum Jus C. erant,
n. ~~100~~ 2000 librorum et tricies centena
millia versuum ut habetur in proemio
pandect. § 1. in certam consonantiam
redegerit, composuerit atque promulgavit.
Denique in § finali hujus proemij adhortatur Justinianus studiosos Juris, ad
studium Juris, diligenter tractandum

2000 librorum et 3000000 vers.

Proemium bonorum administrationem reipublicae ipsis proponendo si modo totum legitimum opus perfecerit studiumque Juris ad finem feliciter produxerint.

INSTITUTIONUM IMPERIALIUM LIBER PRIMUS.